

## V

## Rache gegen Caesar

Ein **gallischer Anführer** spricht:

1. „Iste Caesar in nationem nostram iam tot bella gessit.
2. Proinde nunc ipsi eum bello persequamur!
3. Quantam iniuriam eum nobis attulisse putatis?
4. Nonne audivistis etiam mercatores nostros a Romanis armis petitos et spoliatos esse?
5. Si qua virtus vobis inesset, si qui honos animos vestros permoveret, statim istum hominem e Gallia expelleretis.
6. Num eum eorumque milites sponte sua in Italiam redituros esse arbitramini?
7. Quot oppida eum in Gallia delevisse, quantis doloribus eum feminas atque liberos nostros affecisse vos ubique cognovistis?
8. Caesarem usque ad hunc diem impunitum esse maxime indignor<sup>1</sup>.
9. Eum non apud inferos, sed hic in Gallia summo supplicio puniendum esse statuo.“

[1] in|dīgn|ārī (-dignor,-dignātus sum): empört sein

## T

## Strafe für Verres

**Cicero** fordert die Richter auf, die Verbrechen des Angeklagten gebührend zu bestrafen.

- 1 Si qui rex, si qua civitas exterarum<sup>1</sup> gentium, si qua natio fecisset aliquid in  
 cives Romanos eiusmodi, nonne publice vindicarem<sup>2</sup>, nonne bello per-  
 3 sequeremur? Num possumus hanc iniuriam ignominiamque nominis  
 Romani inultam<sup>3</sup> impunitamque dimittere<sup>4</sup>? Quot bella maiores nostros et  
 5 quanta bella suscepisse arbitramini, quod cives iniuria affectos, quod  
 mercatores spoliatos esse<sup>5</sup> audivissent?
- 7 At ego cives Romanos retentos esse<sup>6</sup> non queror, eos spoliatos esse puto  
 ferendum esse, sed cives Romanos in vincula coniectos esse arguo. Si haec  
 9 apud Scythas<sup>7</sup> dicerem, non hic in tanta multitudine civium Romanarum,  
 non apud senatores, lectissimos<sup>8</sup> civitatis, non in foro populi Romani de tot  
 11 et tam acerbis suppliciis<sup>9</sup> civium Romanorum, tamen animos barbarorum  
 hominum permoverem. [108 W.]

[1] **exterus,-a,-um**: ausländisch, fremd – [2] **vindicāre**: rächen – [3] **in|ultus,-a,-um**: ungerächt – [4] **dī|mittēre** (-mittō, -mīsī,-missum): lassen – [5] **spoliāre**: ausrauben – [6] **re|tinēre** (→ *tenēre*): festhalten – [7] **Scythae,-ārum**: Skythen (ein besonders barbarisches Volk) – [8] **lēc|tissimus,-a,-um**: höchst erlesen – [9] **sup|plicium,-i n.**: Strafe, Marter